

Psalmsi iustitia non fidei, sed facti, recenseretur, & A huius quidem reputatio non tam coram Deo quam hominibus, qui alias potuissent hoc factum pessime interpretari, utpote quod Pinehas non fuerit magistratus ordinarius, Simri vero persona publica, mors ejus temporalis cum aeterna conjuncta, ob negatum poenitentiae spatium, &c. Coccejus *Iustitiam* hic accipit pro iure sacerdotii, *Num.* xxv, 12, 13. allegans insuper, quoad vocem *צדקת* *iustitia*, textus *Jes.* LIV, 17. haec est haereditas fervorum Domini, *צדקתם* & *iustitia ipsorummet* à me profecta: *Neb.* II, 20. vobis nulla portio *צדקת* *nec iustitia* (sive jus) aut memoriale in Jerusalem. Adeoque sensus est, ex ejus mente: reputatum hoc ei est, quod fecit ex fide, *Ebr.* xi, 33. 34. in jus h. e. Deus ipsius fidem, ex gratia & beneplacito mero, remuneratus est promissione benigna. Adde, quod haec *Iustitiae imputatio* non soli profuerit Pinehaso, (sicut alias fide sua vivit solus iustus, *Hab.* II, 4.) sed ad posteros etiam transferit. vide, quae habet *Quistorpius ann. b. l.* item *Chemniius t. 2. LL. p. 747. & l. 1. C. T. exam. f. 271. Menzerus contra Piscatorem p. 218. 267. Gerbardus t. 4. LL. B. O. th. 132. p. 254. Rivetus Gen. p. 401. Gomarus t. 2. oper. f. 16. & f. 31. §. 14. Helvicus LL. V. T. p. 108. Hunnius t. 1. oper. f. 630.*

*לר* in generationem: ) i. e. quamdiu durabit Leviticum sacerdotium, tamdiu etiam duraturum erat egregii huius facti praconium ac praemium. [ad Christi usque adventum *Num.* XXV, 13. *Piscator.*] Num de 400. tantum annis, usque dum ad Eli ab Ithamare transfret pontificatus, an de toto Legis Mosaicae tempore, vide *Genebrardum.*

*על* usque in seculum: ) h. e. donec posteritas Pinehasi in Zadoko, typo Christi apud Ezechielem, sacerdotium recuperavit, & postea retinuit: ita *Coccejus* vide *Jer.* xxxii, 18.

EXPLICATIO VERSUS XXXII.

*ויקצפו* & ad indignationem provocarunt: ) nimirum Deum benefactorem suum, quod nomen facile iterum suppletur, ceu proxime *vers.* 29. & quod alibi etiam expresse semper post idem hoc verbum legitur, *Deut.* IX, 7. 8. 22. & *Zach.* VIII, 14. De verbi autem huius *קצף* C emphasi consule, si placet, *Drusium l. 1. obs. cap. 24.* & quae alias de anthropopathia consignantur, adjice.

*על* juxta aquas Meriba: ) ita *על* pro *juxta* supra *Psal.* LXXXI, 8. CIV, 12. CVI, 7. De hac ipsa transgressione lege *Num.* XX, 8. 13.

*וירע* & malum fuit Mose: ) i. e. vehementer ei displicuit, vel molestia anxietasque eum obruit non parum divexans. *Lutherus:* und sie zus plagten den Mose übel. prius: Mose gieng es übel um ihret willen. quod posterius retinere Belgae, citantes *Num.* XX, 21. & *Deut.* I, 37. quae ipsa etiam verba retinuit *Dietenb.* Ita namque verbum *ירע* *malus fuit*, constructum sequente vel particula *א* vel, (*ל*) vel nomine *בעיני* in oculis alicujus, idem est ac, *displicuit*, vel molestiam sensit; ut *Gen.* XXI, 11. *ירע* & displicuit hic sermo (Sara) vehementer in oculis Abrahami: *vers.* 12. ne *ירע* in oculis tuis propter puerum &c. 2 *Sam.* XI, 25. ne *ירע* *malum sit* in oculis tuis hoc (periisse quosdam militum hostili gladio: *Neb.* II, 10. *ירע*

*לרעו* & displicuit eis (Sanballato & Tobiae) *רעו* malo vel displicentia magna: *cap.* XIII, 7. *ירע* *ל* displicuit mihi valde (factum Eliafiv.) *Jon.* IV, 1. *ירע* *אל* displicuit Jonae displicentia magna (quod Deus misertus esset Nineves;) ut proinde fundamento videatur desitui Hulsii annotatio ad h. l. quod non displicentia, sed aegritudo potius propter versum sequentem 33. sit intelligenda. quidni utrumque?

EXPLICATIO VERSUS XXXIII.

*המרו* exacerbarunt spiritum ejus: ) nempe Dei, cujus praecipua per totum psalmum mentio: Ita *Jansen. AbenEsra, Rasche.* (vide idem hoc maleficium, eodem hoc verbo expressum supra *vers.* 7.) vel sermo est de spiritu Mosis, cujus proxime mentio praecessit. & cui etiam immediate sequens pronuntiatio tribuenda venit. Ita *Campan.* vexaverant enim animum illius. item *Coppen. Lutherus:* denn sie betrübten ihm sein Herz: [prius: denn sie waren seinem Geist ungehorsam.] ita *Joseph Kimchi.*

*ויבטא* ut pronunciaret labiis suis: ) Pronunciatum scilicet vehementer poenitendum, vel ut aperiret labia, ubi tacere praestitisset. Verbum *בטא* inconsideratam temerariamve oris denotat apertionem, seu ut *Genebrardus* habet: protulit, quicquid veniebat in buccam, temere, inconsiderate & ambiguo sermone locutus est, quod minus gloriae Dei conveniebat, quomodo de verbi usu constat ex *Lev.* V, 4. & *Prov.* XII, 18. quorsum abi. Praefixum *בטא* accipi pro *ut*, vidimus passim, v. g. *Psalms.* LXXVII, 5. LXXXVIII, 7. LXXXV, 7. 9. &c. Haut dubie verò respectus habetur ad verba Mosis, *Num.* XX, 10. audite nunc o rebelles, numquid de petra hac educemus vobis aquam? quae ipsa verba cum prolata fuerint animo per iram exacerbato vehementerque turbido, cum etiam diffidentiam cum impatientia conjunctam praese tulerint, populoque scandalum praebuerint tantopere Deo tunc temporis displicuerunt, uti constat ex *Num.* XX, 11. *seq.* *Campanensis:* & *vacillavit nonnihil labiis suis.* *Lutherus.* Das ihm etliche Worte entführen. De Mosis peccato vide *Drus.* ad *Num.* c. 78. & *Bonfr.* f. 828. *Ledeb.* accent. p. 147. censet, Mosen solo verbo aquam producere jussum, adhibuisse tamen virgam, ut *Exod.* XVII, imo secunda vice etiam, &c. *Kimchi:* quod amoverent à se potentiam faciendi miraculi ob absentiam Numinis, quod nondum in petra comparuerat, ceu *Exod.* XVII, 6. ubi in igne apparens liquefecerat & in aquam converterat petram. De Deo, labiis pronunciante exclusionem horummet rebellium ab ingressu terrae sanctae ex *Deut.* xxxii, 50. *seq.* exponunt *Rasche* & *Kimchi.* Vulg. & *distinxit in labiis* *Dietenb.* er redet ein besonders mit seinen Leffen.

EXPLICATIO VERSUS XXXIV.

*השמדו* eliminarunt: ) progreditur nunc Psaltes ad novum inobedientiae genus, quod se exeruit post Mosis Josuaeque mortem, occupatis jam terrae promissae aliquot partibus: quippe contra disertum Dei praecceptum de extirpandis absque commiseratione idololatricis gentibus *Exod.* xxiii, 32. 33. *Num.* xxxiii, 32. *Deut.* vi, 2. xx, 16. *Jos.* ix, 24. x, 4. permiserunt inter se pestiferis illis contagiosisque hominibus sedem: *Jos.*